JOHANNIS COLNERI CHRONOLOGIA . ET...

Johann Coelner, Josè Maria Fonseca de Evora

Digitized by Google

IOHANNIS COLNERI

JUS CANONICUM ORTHODOXVM.

הוך את בעל ריב כמאה עדים ׃

CORBACHII,
Typis & ſumptibus ANDREÆ GRIMMII,
Typogr. Waldec. Ordinarii.

ANNO M DC LXXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

SPLENDIDIDISSIMÆ.
ET.
OCTANGULÆ.
WALDECCENSIS. STELLÆ.
VIRIS.

*MAGNIFICENTIA. NOBILITATE.
AUTORITATE. EXCELLENTIA.
NEC. NON. DEXTERITATE.
MAXIME. CONSPICUIS.*

DN. JOH. PHILIPPO
Witteſteinn/
Conſiliario, ſummi Dicaſterii Directori, Hagioſynedrij Præſidi.

DN. PHILIPPO
Joſten/
Conſiliario. hodiequè apud diverſas magnorum S. R. I. Principum Aulas Legato.

DN. IOHAN-SIMONI
Joſten.
Judici Aulici Adſeſſori & Conſiliario.

DN. DANIELI Waldſchmidt/
Illuſtris Aulæ Arolſanæ Conſiliario.

DN. IOHAN-FRIDERICO
Möllern/
Cameræ Arolſanæ Conſiliario.

DN. IOHAN - MARTINO
Weinreich.
Quatuor Satrapiarum Iſenbergenſis, Arolſenſis, Eilhauſenſis & Rhodenſis Judici Provinciali.

ÆQVITATIS
PRÆSIDIBUS. CONSTANTISSIMIS.
IUSTITIÆ.
VINDICIBUS. IMPERTERRITIS. INCORRUPTIS.

IN-

INNOCENTIÆ.
PROPUGNATORIBUS. ACERRIMIS.
LITERARUM.
LITERATORUMQVE.
FAUTORIBUS. SINCERISSIMIS.
MAXIME. MEIS.
EX.
NOSTRORUM.
BEATÆ. MEMORIÆ.
PATRUM.
INFUCATA. AMICITIA.
PROMOTORIBUS. CERTISSIMIS.
ITEMQVE.
PROPTER. COMMUNEM.
CARISSIMÆ. NOSTRÆ. SYLVIÆ.
QVÆ WILDUNGA.
UNDECIM.
WALDECCICARUM. URBIUM.
AMOENISSIMA.
NATALEM. NOBIS. ORTUM.
PATRONIS. MAXIMIS.

INDEQVE. HACTENUS.
IN.
TURBULENTISSIMO.
HUJUS.
NOSTRI. ÆVI.
STATU.
MIHI.
IN. VARIIS.

A.

DEO. SANCTE. IMMISSIS.
CALAMITATIBUS.

OB.
MAXIMA. AC. PLURIMA.
SIMUL.

VERBIS. ATQVE. FACTIS.
PRÆSTITA. BENEFICIA.

EVERGETIS. BENEVOLENTISSIMIS.
PROBATISSIMIS.

HOCCE. CHARTACEUM.
QVAMVIS. EXIGVUM.

ATTAMEN.
ÆTERNUM.

SUMMÆ. GRATITUDINIS.
MONUMENTUM.

SANCTUM. DEBUIT.
EOQVE.
SE. CUM. SUIS.
DEINCEPS.
SUBMISSE. COMMENDATVM.
VOLUIT.

AM-

Digitized by Google

QVI.
EST. ATQVE. ERIT.
VESTRARUM.
MAGNIFICÆ. AUTORITATIS:
AMPLISSIMARUM. NOBILITATUM.
ET. CLARITATUM.

A.

PRECIBUS. ET. OFFICIIS.

DEVOTUS. CONSTANTISSIMUS.
SERVUS.

IOHANNES COLNERVS.

Digitized by Google

AUTOR.
INGENVO LECTORI.

Ευέςω.

QVod ILLE, omnium doctrinarum curioſiſſimus explorator, Lumen illud, totius Eccleſiæ, ſplendidiſſimum, nomine ac omine, verè pacificus Pater, Lugdunenſis Epiſcopus, & tandem Martyr (a), B. IRENÆUS pulcrè *monuit* atq; *ſcripſit*: Probatio vera, & minimè contradictioni obnoxia eſt, quæ ex ipſis Adverſariorum dictis elicitur (b), hoc *præclarè*, multos inter alios, Nobiliſſimi illi Doctorum & Theologorum facilè principes, puta, Flacius (c), Gerhardus (d), Dorſcheus (e), Nicolaus Hunnius (f), nunc cœleſti eâque immarceſſibili coronâ, à ſummo brabeutâ, JEſu Chriſto, donati, triumfantes, aliiquè hodienùm Excellentiſſimi, Orthodoxæ noſtræ Eccleſiæ, Viri & Doctores, ſtrenuè Eorum veſtigia legentes, contra Pontificios, in ſcriptis ſuis, ſatis emedullatibus, *demonſtratum everunt*; quorum egregios, quidem, labores, paucis ab hinc annis, ille uſquè ad vigeſimum quartum annum, ut ipſemet ſolebat affirmare, Lutheranus, dehinc latæ conſci-

entiæ

entiæ Apoſtata & famoſiſſimus Moguntiâ-Herbipolenſis, nunc verò annis vergens exanimus Jeſuwita, Vitus Erbermannus (*g*), nec non ità pridem, Thomas Leonhardi, & Albertus Zennerus, Ordinis Prædicatorum Monachi (*h*), non honeſto, ſed putido ore allatrare auſi fuerunt, attamen, ob nimiè obtuſos ſuos dentes, mordere, taceam deglutire, nequiverunt; tanta quippe vis eſt ſanctæ veritatis, ut æternò ſit, maneatquè ſui vindex atquè triumfatrix (*i*). Illius ergò & ego, illorum Virorum & ſtrenuorum Orthodoxias Adſertorum ac Defenſorum, diſcipulus πρᾶγον ποιεῖν putavi, quin etiam ex ipſiſſimo Pontificio Jure, inter evolvendum & legendum, *orthodoxè* dicta *obſervarem*, ab heterodoxis *ſepararem*, atquè, memoriæ cauſsâ, in Alphabeticum Ordinem *redigerem*, *partim*, ut proximè editi noſtri Syncrotemate-Papatus-Chronologici Opuſculi, quaſi ſupplementum ſit, *partim* etiam, ut in eo *citatorum*, è Canonici Juris Corpore, *locorum*, indicis locum præſtare poſſit. Quibus Chriſtiano Lectori fraternè communicatis, DEum obnixè fatigo, ut omnia in ſanctiſſimi ſui Nominis gloriam, Eccleſiæq; conſtantiam vergant! AMEN.

Dab. Saxomonti XV. Calend. Junij, Anno M DC LXXVII.

(*a*) Irenæus, *l. 4. adv. hæreſ. c. 14.* (*b*) D. Hieronymus Kromayerus, *Hiſt. Eccleſ. cent. 1. p. m. 93.* (*c*) Flacius, *Catalog. Teſt. Veritatis.* (*d*)

Gerhardus, *quatuor tomis Confeſs. Catholic.* & Bellarmino ὀρτοδοξίας *teſte.* (e) Dorſcheus, *Thomâ Aquinâs Veritatis Evangelicæ Confeſſore, A. C. 1656. Francofurti edit.* (f) Hunnius, *Apoſtaſiâ Romanæ Eccleſiæ.* (g) Erbermannus, *proœm. Bellarmin. Vindic. p. 4. ſeq. edit. Herbipolenſ. ann. 1661.* (h) *Conf.* Antonius Reiſerus, *Vindic. Evangelico-Thomiſtic. Ulmæ, Anno 1669. edit.* (i) *Vid.* Pſalm. *94. v. 15.*

IVDICIVM.
D. DAVIDIS.
CHYTRÆI.
DE.
JURIS CANONICI LECTIONE.

DEcretum Juris Canonici, quia ex ſententiis Patrum & Canonibus Veterum Conciliorum, qui magnâ ex parte nuſquam alibi extant, compilatum eſt, legi utiliter à Theologiæ ſtudioſis poterit, qui antea rectè inſtituti erunt, & normam judicij & verbi Divini in legendo adhibebunt. Ordine enim de multis utilibus materiis ſententiæ Patrum collectæ ſunt, de lege Naturæ, Civili & Conſuetudine, de Conciliis & Canonibus Eccleſiaſticis, de ordinatione & gradibus ac officiis miniſtrorum Eccleſiæ, de ordine judiciorum Eccleſiaſticorum, de excommunicatione,

de

de bonis Eccleſiaſticis non alienandis, de juramentis, de vindictâ & bellis, de hæreticis, de conjugio & cauſis matrimonialibus, de pœnitentiâ, de confeſſione, de recipiendis lapſis, de cœnâ Domini, de Baptiſmo &c. Etſi autem de his ipſis materiis (NB) multæ ineptæ & impiæ opiniones inſpergantur, ſicut totum opus ex diſſimilibus & inter ſe pugnantibus ſententiis conſutum eſt: Tamen multi etiam pii Canones in eo opere conſervati ſunt, quibus in præſentium temporum diſputationibus Adverſarii de ſuis abuſibus & veræ doctrinæ corruptelis, ex propriis ipſorum libris & teſtimoniis convinci & refutari poſſunt. *Hæc* ille, *libro de ſtudio Theologiæ rectè in choando, p. m. 23. ſeq.*

Ad
Pl. Reverendum Clariſſimumq; Dn, Auctorem.

NEc ſatin', Vir Pl. Rev., Fautor honorande, Regni Pontificii concuſſiſſe Acropolin? Siccine denuò publico Eccleſiæ bono prodis in publicum cum Jure T. Canonico Orthodoxo? En! redit illud ad ſuos penates, non autem ſine debita laude Reique litterariæ emolumento. Quicquid vaſtum illud decretorum complectitur Volumen, Tua diligentia Laconica brevitate ἐν συνόψει exhibet. Fateor, meum in illo genium ſuſpenſa horis ſucciſivis ſeveriori Themide haud parum eſſe refectum.

In

In eo enim B. Dorſchei veſtigiis laudatiſſimè inſiſtens S. Theol. Cultoribus Viam præmonſtras & facem præfers ad deteſtandum Pontif. heterodoxian, ut in ſolidioris ſcientiæ artium intremiſſi agnoſcant, quantum diſtent æra lupinis, & quàm inſtabili, totquè Pontif. decretis ceruſſato, Papæorum fides nitatur fulcro. Nunc operæ etiam erit pretium, ſi ſingularis in Gentem cucullatam ſtimulus, & favor inſerviendi Eccleſiæ, proritet & provocet in lucem & litteras Jus Canonicū-Heterodoxum, quò ſeparetur pretioſum à vili, aurum purioris doctrinæ à ſcoriis traditionum. Sic Orbi Litterario palam facies, quàm horrendis Jus Canonicum ſcateat dogmatibus, ut tandem criſtas deponant Papicolæ, tantis illud exornandi elogiis, vel etiam ipſi S. Scripturæ exæquandi. Deus porrò laboribus T. ex alto benedicat, & Te Eccleſiæ quàm diutiſſimè ſoſpitet.

Procul atra recedat
Invidia, atque alio liventia lumina flectat.
Vale!

Dabam Corbachij
è Muſæo 1677.
27. Jun.

T.

M. IOH. CHRISTOPHORVS FRANCKIVS,
Illuſtris Lycei Waldeccenſis p. t. Gymnaſiarcha.

UT paſtoralis teſtatur muneris eſſe
Partem non minimam Paulus: *Convincere poſſe*
Contradicentes; ſic hoc Tu nō ſine laude
Hactenus officium non tantùm voce ſonante
E cathedris, COLNERE, ſacris cumq́; Antagoniſtis
Colloquiis habitis verùm calamo quoq́; docto
Dextrè feciſti. Dubitat quis vultquè probari?
Illos adduco primū qui pulpita ſancta
Te ſua viderunt & adhuc conſcendere cernunt,
Adverſæ partis profeſſos inſuper ipſos
Appello monachos & VOLMERHUSIUS unus

Poro

Pro nunc ſufficiat, ſat garrulus atque protervus
Inter eos, cum quo quoq; Tu certare coactus
Sicut & *Ante*-meus-*ceſsor Piſtorius* olim,
Præterea quæ ſcripſiſti ſunt tradita partim
Luci, nempe liber proponens *tempora partus*
Errorum Papæorum nunc editus auctus,
Qui multi ſtudii virum Te monſtrat apertè
Communiq; bono non uno nomine prodeſt;
Cui nunc *Extractum Juris* cùm *Pontificalis*
Doctrinæ ſanæ concordans addis, & armis
Sic jugulas propriis Papiſtas, gratulor optans
Talia plura tua ut nobis induſtria ſcripta
Edat, adhuc quædam tecum ut con-cepta latere

Novi

Novi, quod docti laudabunt, atque laborem
Is compenſabit cunctorum qui retributor.

Sic Autori clariſſimo, ſuo pluribus ab annis Amico & Fautori certiſſimo, jam patriæ Paſtori fideliſſimo, gratulari voluit, debuit

JOHANNES MENCKELIVS,
Saxenbergâ-Waldeceus, h.t. Paſtor Bromskirchenſis.

LAPIDARIA.
ERGONE

In patriis *ECCLESIA* parta medullis
nubilum caput emines
gratamque lucem conſpicis
poſt exantlatos tot malorum turbines?

Nec

Digitized by Google

Nec mirum
Cum Phœbus nubila turbines imagines ſerenio-
is pacis non inamœnâ Cataſtrophe ſanctâ Tria-
dos lege jugiter & ſuaviter exci-
piant.

Quid verò poterat tanti cauſſa fuiſſe mali? Ec-
quæ Tibi tantos ciêre fata caſus? Num
communis & iniqua rerum facies? Num
Thraſonici hoſtium inſultus? ma-
china fateor portentoſa ſa-
tis & tentandi ruinoſo
coetui ruinam,
Sodes!

Quod majus malum, domeſtica calamitas; E-
lapsâ quam lachrymâre bigam Olympiade
Antiſtitum, de Chriſti puſillo magnum
emeritos grege Viros, quêis beatas
Fata viſere beata ſedes dede-
rant, unde gloriosâ mul-
tâ cœli luce radiant
& coruſcant.

Præmaturus eheu! feliciſſimus tamen exitus & o-
bit⁹ pullâ Te veſte juſſerant cingi & lugere, Hinc
dolor utut major lachrymis manantibus tamen
deviduatæ natus pupillæ, malum inſuper ex malo
(nam nulla calamitas ſola) vario te nutantem
caſu fortunâque verſatili afflictabat, Tute de-
ſolata de malo in malum lapſans variè ac

 dubiè

dubiè inter ſpem & metum ſola conflictabas.

Sed

Quid ſi triſtem rerum faciem conſtantiæ face ſuperes? Si atræ Ditis januam proboſcide effringas? Si Falſariorum ictus [illegible] veritatis clypeo declines? Si Adverſariorū inſultibus robore prævaleas? Si bonitate cauſæ contra hoſtes arieres? heroicoq; ſpiritu invicta victrix triumphes?

Quî autem & quomodo, quibus auxiliis, cujus ductu, & conſiliis? audio Te tremulo quærulæ vocis halitu inter vota & ſuſpiria hiſcere.

Euge!

Vel ipſum Ducis nomen in bello magnum momentum eſt, nedū ingentia animi bona doteſve, ad nudam cujus recitationem omnis adverſa acies exhorreſcit, diſſolvitur, fugiturit & conſternata collabitur; O ingens præſidium! res tua in ſalvo, in vado, Tu ſarta Tu tecta ſtas, perſta pede firmo, pede fauſto.

Nunc ſiquidem ejuſmodi Ducis ſub vexillo mereris, mi ſacer & religioſe *Grex*, patriis conlecte finibus, Archi-Ducis Chriſti ſub umbone uterque & primâ ſtans in acie Dux & merens miles præliamini clypeo ventilatæ veritatis tecti, muniti.

COL-

COLNERUS eſt, in hac palæſtra peritus, prudentiâ gravis, manu fortis, ductu ſtrenuus, conſiliis facilis & felix, victoriæ gloriâ clarus & inluſtris, palmam ultro ferente dolenter cæſo Adverſario, ut amicas pacis leges exoret.

Dignus hic, quem digno Eccleſia veneretur obſequio, dignus quem ſecula docta ſuper admirationem attollant.

Dignus hic eſt, quo de Tibi chara Eccleſia mater gratuler quantum nimium

Gratulabundus ei prima ſub auſpicia *JURIS CANONICO-ORTHODOXI* felix acclamo;

Fortis es, bonâ causâ niteris, Fortem Te conſtans adjuvet fortuna, ut *Jure Tuo Orthodoxo* heterodoxos in nos Orthodoxos injurios ferias, convellas, jugules, omnesque ictus in illos ipſos retorqueas.

Papæa rabies
Fæciales veterni ad muros ſunt, varius ac diſſonus ſine Duce clamor, jugi nos laceſſens ἀντλογίᾳ.

Digitized by Google

Agite quæſo, admovete, admonete, molimini, experimini; arte & marte, ferro & chalybe, Deus *Zebaoth* pro nobis, quis contrà? *Ad legem & veritatem*! hæc ſibi cerusſatam vellicare barbam ab infelici maſtyge non ſemper paſſura, æternâ lucet luce, quadantenus igitur obfuſcata l. invito & incauto mechanico totâ ſui parte emicat; Tentate ſi quid artis doloſæ, ſi quid virium reſtat elumbium, num vel tandem aliquâ ſui parte preſſa opprimatur, gloriolævè micam emendicantibus ſit erogatura, cui inhiatis, quàm unicâ deſideratis an-xii.

Prævideris fortaſſean tela?
Ite ergo domum, in morâ periculum,
Veſtris ipſorummet cruribus aſciam adliditis.
Vah repentinam ſtragem! hem inſanabile vulnus! Ite nunc ſaucii quæritate locum, in quo ſemeſa membra obruatis, ubi horribiles citatrices exilium, celet, & ſacratiſſimi receſſus medicamen miniſtrent.

Tu verò
Invicte immotæ veritatis *Aſſertor & Vindex*, perge alta moliri tantæ moli objectæ diruendæ, & vanè ἀντιλέγειν ora oppilare, ne vel muſſitando *Tibi* ſacris vacanti ſtudiis amplius ſint moleſti;

Perge de Eccleſia bene mereri & ſeræ poſteritatati *Te* commendabilem facere.

Sic labori virtutem, virtuti gloriam ſuperaddes ſecundis avibus

&

Unusquisque animadvortent, inimitabili *Te* induſtriâ præſtitiſſe, quô ſuperbiant poſteri; Nulla tam ſurda poſteritas, nulla tam ingrata fama futura, quin Tuas *Tibi* debitas & meritas laudes & grates vindicet ac referat.

Ego
non ultimus tuæ laudis præco:
Vive ergo gloriæ tuæ ſuperſtes, meique dum mnemo-

mnemoſyne viget , non obliviſcere
vive, flore, ſplende
Vitæ flos & ſplendor ſeculi
Ama, fave amantem faventi
Qui eos inter hiulca terræ tubera veretur
Qui *Te* non inter ſeculi ſidera venerantur.

Angulari benivolentia & favoris lapidi Adm. Rev. Dn. JOH. COLNERI *Vindicis Juris Canonico-Orthodoxi acerrimi, perſtrenui; Fautoris & Evergeta certiſſimi, æſtimatiſſimi, ſuperſtructa, reſſeris autem debita reverentia & cultus & honoris undiquaq;*

diſtincta

à

JOH. DAN. Brudern/
Theol. Stud.

JUS

JUS CANONICUM-ORTHODOXUM.

בשש׃

A.

ADulterium non eſt poſt votum nubere. *Diſt.27.c.2.* Quidam. *Cauſ. 27.q.1.c.41.* Nuptiarum.

Ægyptiaci magi non fecerunt dracones (ſerpentes), quia ſic fuiſſent Creatores. *C. 26. q. 5. c. 14.* Nec mirum.

Ægyptus mater eſt idololatriæ. *C. 26. q. 2. c. 9.* Sed & illud.

Ætas omnis ab adoleſcentiâ, in malum prona eſt, ſc. quoad animæ ſalutem. *C. 12. q. 1. c. 1.* Omnis.

Afflicto non eſt addenda afflictio. *C. 7. q. 1. c. 2.* Cum.

Anaſtaſius Papa fuit hæreticus. *D. 19. c. 7.* Ita Dominus, & *c. 9.* Anaſtaſius ſecundus.

An-

Digitized by Google

Angelis non credendum, ſi quid contra veritatem docent. C. 11. *q.* 3. c. 101. §. ſi is.

Angelos colere hæreſis eſt. C. 24. *q.* 3. *c.* 39. in Catalogo hæreticorum.

Animam rationalem eſſe mortalem, aſſerere, hæreticum eſt. *Decret.* 7. *l.* 5. *tit.* 3. *c.* 8.

Antiqua dierum poſſeſſio, non juvat malæ fidei poſſeſſorem. *Decretal. l.* 2. *tit.* 26. *c.* 5. Vigil.

Antiquitas in veritatis Eccleſiaſticæ judicium, non obfuſcat Sacræ Scripturæ lumen. *D.* 8. *c.* 4. Veritate. *c.* 5. *ſi conſuetudinem. c.* 6. Qui contemta. *c.* 7. Fruſtra. *c.* 8. Conſuetudo. *c.* 9. Si ſolus.

Antiquitas peccato non patrocinatur. *Extravag.* de conſanguin. & affinit, *l.* 4. *tit.* 14. *c.* 8.

Arma Clerici ſub excommunicationis pœnâ portare non debent. *Decret. Epiſtolar.* Gregorij *l.* 3. *tit.* 1. de vita & honeſtate Clericor. *c.* 2. Clerici arma.

Artes nugatoriæ & ſuperſtitioſæ fugiendæ. C. 26. *q.* 2. *c.* 6.

Articuli fidei per Sacram Scripturam probantur. *Extrav.* ad Cond. Joh. XXII. *t.* 14. *c.* 4.

Apocrypha & authentica ſcripta. *D.* 15. *c* 3.

Apoſtoli non ſunt uſi chriſmate. *Extra.* de unct. *c.* cum veniſſet.

Apoſtolicæ ſedi, multi de Sacerdotibus nati præfuerunt. *E.* ſacerdotum conjugia licita. *D.* 56. *c.* 2. Oſius Papa.

Apparitio mortuorum inter vivos ludibrium & mera phantaſmata ſunt. *Gloſſ.* ad Cauſ. 26. *c.* Epiſcopi.

Digitized by Google

Auctoritas Sacræ Scripturæ *dicit* injuriam facere Martyri, qui orat pro Martyre: idem eſſe ratione conſimili de ſanctis aliis ſentiendum, quia Orationibus noſtris non indigent. *Decret.* Gregor. 9. l. 3. *tit.* 41. §. Tertio loco.

Auctoritati cedat uſus. *D.* 11. *c.* 1. Uſus. c. 4. Conſuetudinis uſusquè.

Auguria obſervare & requirere ſtellarum curſus, cultura eſt idololatriæ. C. 26. *q.* 2. *c.* 9. Sed & illud.

Auguſtinus ſuis ſcriptis fidem non adhibendam dicit, niſi quatenus verbo Dei innitantur. *D.* 9. *c.* 3. Noli meis.

Nec ſcripta ſua vult controverſiarum eſſe judices *D.* 9. *c.* 4.

B.

Baptiſmus dubius eſt repetendus. *Extra.* de baptiſm. *t.* 42. *c.* 2.

Baptiſmus à laicis factus valet. *D.* 4. de Conſecr. *c.* 36. Sanctum eſt baptiſma.

Baptiſmus licet ſit ordinarium & neceſſarium initiationis Eccleſiæ Sacramentum, non tamen eſt abſolutæ neceſſitatis. *D.* 4. *c.* Baptiſmi vicem. *D.* 2. de conſecr. *c.* 31. iteratur. *D.* 4. *c.* per Baptiſmum. c. Non ex eo.

Baptiſmus per malum miniſtrum datus, malus

non eſt *D*. 19. *c*. 7. ſecundum. Conſecr. *D*. 4. *c*. 25. 26. *ſeqq*. *c*. 39. Aliud eſt baptizare,

Berengarius per baptiſmum revocat. *D*. 2. *c*. 42.

C.

Calendarum obſervationes, ex Paganiſmo ortæ, improbantur. C. 26. *q*. 7. *c*. 13. Non licet. *c*. 14. Si quis.

Calices olim erant lignei, poſtea facti ſunt vitrei. *D*. 1. Conſecr. *c*. 44.

Canones Apoſtolorum ſunt liber Apocryphus. D. 15. *c*. 3. ſuppoſititii ſub nomine Apoſtolorum ab hæreticis compoſiti. D. 16. *c*. 1. Canones qui dicuntur.

Carnis eſus pro locorum & præſentium uſu & moribus eſt licitus. D. 41. *c*. 1. quiſquis *c*. 4. qui dicit.

Carnium perceptionem, eſum, non culpet Epiſcopus. D. 23. *c*. 2.

Caro Chriſti ubiquè eſt præſens. D. 2. *c*. 53. in Chriſto. *c*. 73. quid ſit.

Cathedra non facit ſacerdotem. D. 40. *c*. 12. multi ſacerdotes.

Catholici nomine gloriari fruſtraneum eſt. C. 2. *q*. 1. *c*. 18. multi *in fin*.

Ceremonias eaſdem eſſe in omnibus Eccleſiis, non eſt neceſſe. D. 12. *c*. 11. 12.

Chriſma-

Chriſmate olim nec presbyteri Romani ungebantur. D. 23. c. 12. præterea.

Chriſmati Antiquitas reclamat. *Extra. de unct.* §. ungitur.

Chriſtianus à Judæis medicinam non accipiat. C. 28. q. 1. c. Nullus.

Chriſtus & culpam & pœnam ſolvit. D. 4. c. 8.

Chriſtus in exaltationis ſtatu, per ſeſſionem ad dextram Dei Patris, ſecundum utramque naturam Eccleſiæ ſuæ præſens eſt D. 2. c. 38. de Conſecr. in quibus. c. 73. quid ſit ſanguis. c. 75. qui manducat. c. 8. Neceſſario. *Clement. l.* 3. *t.* 16. *c.* Unico.

Chriſtus ſolus audiendus. D. 8. c. 9.

Chriſtus ubi non eſt fundamentum, ibi nullum boni operis eſt ſuperædificium. C. 1. q. 1. c. 26. cum Paulus.

Clandeſtina conjugia ſunt opus Diaboli. C. 30. q. 5. c. 1. §. aliter.

Clemens Papa eſt Anapabtiſta. C. 12. q. 1. c. 2.

Clementis liber eſt ſuppoſititius. D. 16. c. 3.

Clerici non ſunt abſoluti aut exempti à jurisdictione Magiſtratûs Politici, nec jactata hactenus autonomia, vel divino, vel naturæ, vel gentium jure, ſed *duntaxat* Magiſtratus Politici benignitate certis privilegiis gaudent. D. 63. c. in Synodo. C. 11. q. 1. c. ſi tributum. c. magnum quidem. c. Te quidem C. 2. q. 7. Nos ſi incompetenter. C. 23. q. 8. in princ. c. 1. 2. 3. q. 5. 6. 22. 23.

Cleri-

Clericus concubinarius, aut propter aliud nefandum crimen, curiæ ſeculari puniendus tradatur. *Decret.* 7. *l.* 5. *t.* 15. *c.* 2.

Clericus poſſeſſiones non conducat, aut negotiis ſecularibus ſe immiſceat. D. 88. *c.* 1. Decrevit. D. 96. *c.* 61. Cum ad.

Clericis non conceduntur venationes. *Vid.* Venationes.

Clericorum bona, non jure Divino, ſed conſtitutionis, ab Oneribus Civilibus libera ſunt. D. 8. *c.* 1. quo jure. *Vid.* Eccleſiæ bona.

Cœleſtinus Papa eſt hæreticus. *Extra. de divort.*

Cœlibatus Ordinis ſacri, nec in jure Divino, nec nec jure Apoſtolico fundatus eſt. D. 18. *c.* ſi quis. D. 16. *c.* 1. 2. 3. 4.

Communicare omnes debent poſt conſecrationem D. 2. *Conſ. c.* 20.

Cœna Domini non eſt adminiſtranda ſub unâ ſpecie. *Conſecr.* D. 2. *c.* 7. 12. 17. 18. 36. 37. C. 1. *q.* 1. *c.* 90. ſacerdotes. Clement. *l.* 3. *t.* 16. *c.* Unic.

Cœna Domini non eſt aſſervanda. *Clem. epiſt.* 2. *c.* tribus 23. d. 2. de Conſecr.

Cœna non eſt ſacramentum novi ſacrificii expiatorii & ſuo actu propitiatorii. D. 1. *c.* 54. de hymnis. *c.* 2. Omnes. *c.* 1. in ſacramentorum. *c.* Panis. *c.* Utrum. *c.* Sicin. *c.* 4. Non oportet. *c.* 5. in Sacramnnto. *c.* Didicimus. *c.* Cum omne. *c.* Quia corpus. *c.* ſacrificium. *c.* cum frangitur. *c.* ſemel Chriſtus. *c.* ſemel immolatus. *c.* in Chriſto. *c.* iteratur. *c.* quid ſit.

Cœnæ

Cœnæ ſacræ finis eſt remiſſio peccatorum. D. 2. c. 61. iteratur. c. 83. in Calicem.

Concilia Imperatores, Reges, aliiquè jure ſuperioritatis gaudentes, convocarunt. D. 15. c. Canones. c. Sancta Romana.

Concilia errare poſſunt & erraverunt. D. 9. c. ego ſolis. c. quis neſciant. D. 50. c. Domino. C. 36. q. 2. c. ſi autem. c. Placuit. *Conf.* Panormitanus. c ſignificaſti de electione.

Conciliis Papa eſt ſubjectus. C. 2. q. 7. c. 42. ſi quis.

Conciliis in plus quàm viginti, Papa non fecit Canones, ſed alii Epiſcopi D. 16. c. 11. prima.

Conciliorum præſes ſit Imperator. C. 12. q. 1. c. 15. Futuram. D. 96. c. 2. Nos ad fidem. c. 3. quædam. c. 4. ubinam. *Vid.* Panormitanus *in c.* quamvis. *d.* 21.

Conciliorum quatuor ſcimus eſſe venerabiles Synodos, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quaſi quatuor Evangelia, vel totidem paradiſi flumina. D. 15. c. 1. Canones

Confeſſio auricularis (*decreto* Leonis Papæ) removenda eſt. D. 1. de pœnit. c. 89. quamvis.

Conjugale debitum ſi uxor reddere nequit, maritus contrahat cum alia. C. 32. q. 7. c. 18, Quod propoſuiſti.

Conjugia religionis causâ ſolvi non debent. C. 27. q. 2. c. 19. Sunt qui dicunt. c. 21.

Conjugium non eſt crimen. D. 26. c. 2. 3.

Conjugium inter infideles etiam. D. 26. c. 3. & *in gloſſ. n. 1.* Joh. etiam Baptiſta.

Con-

Conjugium ſacerdotibus non eſt negandum. D. 23. *c.* 3. D. 28. *c.* 14. 15. D. 31. *c.* 1. 13. C. 26. *q.* 2. *c.* ſors non eſt §. his ita. D. 56. *c.* 13. Cenomanenſem. §. cum ergo.

Conjugium voto non ſolvitur. D. 10. *c.* 1. Lege.

Conſenſus parétum in contrahendo conjugio eſt neceſſarius. C. 30. *q.* 5. *c.* 1. Aliter. C. 31. *q.* 2. *c.* 12. & 13. Honorantur.

Conſtantinus Concilio Niceno præfuit. C. 11. *q.* 1. *c.* 5. Continua.

Conſuetudo cedat manifeſtæ veritati. D. 8. *c.* 4. 5. 6. 7. 8. 9.

Conſuetudo laudabilis, quæ fidei non eſt contraria. D. 11. *c.* 6.

Corpus mulieris non vis maculat, ſed voluntas. C. 32. *q.* 5. *c.* 2. & 6.

Crudelis & iniquus eſt, qui caſtam dimittit, contrà fatuus eſt & injuſtus, qui meretricem retinet. Nam patronus turpitudinis ejus eſt, qui crimen uxoris celat. C. 32. *q.* 2. *c.* 13. Honorantur.

D.

Dæmonum fallaciâ illuditur curioſitas humana, quando id impudenter appetunt ſcire, quod nullâ ratione eis competit inveſtigare. C. 26. *q.* 5. *c.* 14. Nec mirum.

Dæmones futura quænam & quomodo prænoſcant. C. 26. *q.* 3. 4. *c.* 2. 3.

Deus

Digitized by Google

Deusdedit Papa eſt hæreticus. C.30. *q.*1.*c.*1. pervenit.

Diaboli ſuffragia quærere non licet. C. 26. *q.*5. *c.* 12. Epiſcopi.

Diaconus poteſt contrahere. D. 28.*c.*8. Diaconi quicunquè.

Diebus iis, quibus à carne animalium, ab omnibus quoquè, quæ ſementinam carnis trahunt originem, abſtinendum eſt, nempe à lacte, caſeo, ovis. D. 4. *c.* 6. denique Sacerdotes.

Diſcretio Eccleſiaſticarum perſonarum, qualis in Papatu viget, à Gentilibus maximè introducta eſt. D.21. in præf.

Divinum jus in ſacrâ Scripturâ habetur. D.8.*c.*1. quo jure.

E.

Eccleſia (in Papatu) deſiit. D.*93.c.*23. Diaconi. §. Nunc autem.

Eccleſia una, ſancta, Catholica, non ſemper eſt viſibilis. D. 2. de Conſ. *c.* 63. Hoc ſacramentum. C. 24. *q.*3. *c.* Corripiantur.

Eccleſiæ bona non ſunt exempta à tributis ſecularibus. C.11. *q.*1.*c.*27. Si Tributum. *c.*28. Magnum quidem. *c.*23. *q.*8.*c.*22. Tributum in ore piſcis.

Eccleſiæ bona diſpenſanda ſunt in quatuor uſus. C.12.*q.*2.*c.*26. §. Conceſſa.

Eccle-

Eccleſiæ temporalis felicitas non veræ Eccleſiæ, nec infelicitas falſæ Eccleſiæ, notæ ſunt C. 7. *q.* 1. *c.* 48. adverſitas. *c.* 3. *q.* 1. *c.* Nulli dubium. C. 23. *q.* 1. in *fin.* *c.* paratus.

Eccleſiæ judicium nonnunquam opinionem ſequitur, quam & fallere ſæpè contigit & falli. *Innocentius* 3. Decret. *l.* 5. *t.* 39 *c.* 28.

Eccleſiaſtici minimè ſe negotiis ſecularibus immiſceant. D. 10. *c.* 8. Quoniam. C. 16. *c.* 15. ſunt.

Elementa colere, lunæ & ſtellarum curſus in ſuis operibus, Chriſtianis non licet. C. 26. *q.* 5. *c.* 3. Non licet.

Eleemoſynis non ſunt templa, ſed pauperes ordinandi. C. 12. *q.* 2. *c.* 70. 71.

Epiſcopus non ſine conſenſu laicorum eligatur. D. 23. *c.* 2. D. 63. *c.* 34. 36.

Epiſcopus Monarchicæ poteſtatis & ſupremæ jurisdictionis, univerſalis nullus appelletur. D. 99. ecce *in* præf. *c.* 4. Nullus. *c.* 3. Primæ.

Epiſcopus & presbyter apud veteres iidem fuerunt. D. 21. *c.* 1.

Hodie ex uſu Eccleſiæ, non Scripturæ differunt. *C.* 2. *q.* 7. *c.* 34. D. 93. *c.* 24. legimus. D. 95. *c.* 5. olim.

Epiſcopi omnes ſunt pares. D. 93. *c.* 24. legimus.

Epiſcopi *antiquitùs* Papæ dicebantur. D. 18. *c.* 15. Not. 1.

Epiſcopi ſacerdotes ſunt & non Domini. D. 95. *c.* 7. Ita.

Epi-

Epiſcoporum Romanorum ſucceſſio atquè doctrina nulla eſt. D.40. *c.* Multi. *c.* Non eſt.

Epiſcoporum venditio & commutatio rei Eccleſiaſticæ irrita eſt absquè conniventiâ & ſubſcriptione Clericorum. *C.* 12. *q.* 1. *c.* 52. ſine.

Evariſtus clandeſtina conjugia improbat. *C.* 30. *q.* 5. *c.* 1.

Euchariſtici panis reliquiæ non aſſerventur, ſed abſumantur. D. 2. de Conſecr. *c.* 23. tribus.

Excommunicatio injuſta plerumquè obeſt excommunicanti. *C.* 87. illud. *C.* 24. *q.* 3. *c.* 4. ſi quis.

Excommunicatio Papæ ſæpè fallit. *C.* 11. *q.* 3. *c.* 88.

F.

Fide ſolâ juſtificamur. D. 4. de Conſecr. *c.* 3. Firmisſimè *c.* 99. Sine pœnitentia.

Frater ſui fratris ſponſam, licet eam præveniente mortis articulo, non cognoverit, in uxorem ducere non poteſt. c. 27. *q.* 2. *c.* 11. ſi quis.

Fundamentum Eccleſiæ eſt petra fidei Chriſtus. D. 19. *c.* 7. ita Dominus D. *22. c. 1.* Omnes.

Futura prædicere ex *D*æmonum conſultationibus, eſt quoddam genus culturæ idolorum. C. *26. q. 5. c.* 12.

G.

Genethliaci ſuperſtitioſi fugiendi, C. 26. *q.* 2. *c.* 6. Illud quod eſt.

Gentiles Hierarchiam Papalem in Eccleſiam introduxerit. D. 21. in præf.

Gradus quartus *cur* prohibitus. *Extra.* de conſanguin. *&* affin. *c.* 8.

C Gram-

Grammatica legenda eſt, ut per eam Sacræ Scripturæ intelligantur. D.*37.c.10.* Si quis.

Grammaticæ non ſubeſt Theologia. D. 38. *c.* 13. indignum.

Gratia, non locus, ſalvat animam. D. 40. *cc.* 9. 10.

Gratia Dei per baptiſmum, tam parvulis, quàm adultis confertur. *Clement.* de ſumm. Trin. *t.* 1.

H.

Hæreſis non ſolvit matrimonium. *Extra.* de divortiis, *l.*4.*t.*19. §. Quarto.

Hæreticum eſt à Dæmonibus exſpectare reſponſa. *Decret.*7.l.5.t.12.c.2.

Hæreticus non ſtatim eſt, qui credit hæretico. c 26.*q*.3.*c*.29 Dixit Apoſtolus.

Hæretici non ſunt occidendi, ſed ex Scripturis convincendi. D. 45. *c.* 1, *2, 3. 6. 9.*

Hierarchiam Papalem ignoravit antiquitas. D. 60.*c*.4. Nullus.

à Gentilibus eſt in Eccleſiam introducta. D. 21. *in* præf.

Humana Chriſti humilitas in gloriam Divinæ poteſtatis eſt evecta, ut nec ſine homine Divina, nec ſine Deo agat humana. D. 15. *c*. 3. Sancta Romana. *Vid.* Naturæ duæ.

I.

Idola colere ſuperſtitioſum eſt. C. 26. *q.* 2. *c.* 9. Illud.

Idololatriæ mater eſt Ægyptus. *Ibid.*

Jejunium quadrageſimale obligat Clericos *tantùm*, non laicos. D. 4. *c*. 4. in *appendice*, deniq; ſacerdotes.

Jeju-

Jejunium perfectum eſt non à cibis, ſed ab iniquitatibus abſtinere? *D.5.* Conſecr. *c.* 25. Jejunium autem magnum. *c.* 19. ſicut tibi. *c.* 23. Nihil enim.

Imagines non ſunt adorandæ. D.3. Conſecr. *c.*27. Perlatum.

Imperator Papam creat. D. *63.c.21.* Agatho. *c.22.* Hadrianus. *c.23.* in Synodo.

Imperator in omnibus Papam arguere poteſt. C. *2.q.7.c.41.* Nos ſi competenter.

Incantationes nihil remedii infirmitatibus præſtant. C.26. *q.* 7. *c.*15. Admoneant.

Incantatores & ſortilegi tolerari non debent. C. *26.q.5.c.*8. Pervenit.

Innocentius Papa Judaiſat. *Extra.* Qui filii ſint legitimi, *l.*4. *t.*17. *c.*13. Pervenerabilem.

Invocatio Sanctorum repudiatur. C.13. *q.*2. *c.*29. Fatend. *Vid.* Sanctorum.

Judæorum conditio melior eſt, quàm Romanæ Eccleſiæ; propter traditionum multitudinem. D.12. *c.*12. Omnia talia.

Jus Divinum in Sacris Scripturis habetur. D. 8. *c.* 1. Quo jure.

Juſtitiam & ſalutem propriis meritis adipiſci hæreticum eſt, & Cathari, Joviniani & Ebionitæ docuerunt. C.24. *q.* 3, *c.*39. Quidam autem. C. 33. *q.* 2. *ſ.*2, *c.*40.

L.

Laici Clericos redarguere poſſunt. C.2. *q.7.c.*31.

Laici Sacram Scripturam legere debent. *Decret.* *l.t.7.c.*12.

Laici religiones examinare poſſunt. D. 69. c. 4.

Leo Papa confeſſionem auricularem voluit abolitam. D. 1. *de pœnit*. c. 89.

Liber de infantiâ Chriſti & de S. Maria & obſtetrice Salvatoris *eſt* apocryphus. D. 15. c. 3. Sancta Romana Eccleſia.

Libri de inventione crucis, capitis S. Johannis, ſunt ad judicium Pauli legendi: Omnia probate. *Ibid.*

Librorum veterum (Sacr. Script.) fides de Hebræis voluminibus examinanda eſt; ſic novorum, Græci ſermonis normam deſiderat. D. 9. c. 6. Ut veterum. *Conf.* Gloſſa quæ ita *habet*: Sicut recurrendum eſt ad volumina Hebræorum, ſi dubitatio aliqua oriatur de Veteri Teſtamento, ſic, ſi dubitatur ſuper libris N. T. recurrendum eſt ad Græcorum ſcripta.

Linguæ, Hebræa, Græca, Chaldæa, & Arabica in Scholis doceantur. *Clement*. 5. t. 1. c. 1. De Magiſtris.

Locis à ſacris non juvantur poſt mortem, quibus in hâc vitâ peccata non ſunt dimiſſa. C. 13. q. 2. c. 16. Quibus peccata.

Locus non ſanctificat hominem. D. 40. c. 12. multi ſacerdotes.

Lumen Propheticum, quod extra ſacrarum Scripturarum ambitum, jactatur, non eſt Eccleſiæ gloria ſive nota. C. 1. q. 1. c. 79. Prophetavit. c. 38. Multæ. C. 26. q. 2. c. ſciendum.

Lycanthropia figmentum eſt. C. 26. q. 5. c. 14. Nec mirum.

M. Ma-

M.

Magorum artes meræ præſtigiæ, phantaſmata, & Diaboli illuſiones ſunt. C. 26. *q.* 5. *c.* 14. Nec mirum.

Manus impoſitio, eſt oratio ſuper hominem. C. 1. *q.* 1. *c.* 47. Manus impoſitio. Conf. C. 1. *q.* 1. *c.* 73. Arrianos.

Matrimonium non facit coitus, ſed voluntas. C. 27. *q.* 2. *c.* 1. matrim.

Matrimonium in veritate contrahitur per legitimum conſenſum. Decret. 4. *t.* 1. *c.* 25.

Marcellinus Papa fuit idololatra. D. 21. *c.* 7. Nunc autem.

Maria B. V. in peccato originali eſt concepta, ejusquè conceptionis dies non debet celebrari. D. 3. Conſecr. *c.* 1. pronunciandum eſt in gloſſa.

Miniſtri Eccleſiaſtici vocatio, omnium ordinum applauſu fiat. *Vid.* Vocatio ad Miniſterium.

Miracula infallibiliter non oſtendunt veram Eccleſiam. C. 1. *q.* 1. *c.* 56. Teneamus.

Miracula (ut futura prædicere & ægris medelam præbere) etiam magi edere poſſunt. C. 26. *q.* 5. *c.* 14. Nec mirum.

Miſſa contraria prohibetur. C. 26. *q.* 5. *c.* 13. Quicunquè ſacerdotum.

Miſſa non audiatur presbyteri, concubinam habentis. D. 32. *c.* 5. Nullus. *c.* 6. Præter.

Miſſas pro mortuis celebrare ignoravit antiquitas. C. 13. *q.* 2. *c.* 20. in præſenti ſeculo.

Monachi nullius veſtigium fuit tempore Apo-

ſtoli Pauli. C. 11. *q* 3. c. 24. Ad menſam.
Monachi vel Clerici ſecularibus negotiis ſe non immiſcere debent. *Decret.* Greg. 9. *l.* 3. *t.* 50.
Monachi ſub prætextu Eleemoſynæ priſcis opibus incubant. C. 12. *q.* 2. *c.* 71. Gloria Epiſcopi.
Monachus ſolitariam vitam ducat. C. 16. *q.* 1. *c.* 8. Placuit. *Conf.* c. 1. & 5.
Monaſteria olim fuerunt Scholæ. C. 16. *q.* 1. *c.* 20. de præſentium. in fin. *c.* 26. ſic vive. *c.* 30. vos autem fratres.
Moribus eſſe pravum & eſſe hæreticum ſunt idem. C. 2. *q.* 7. *c.* 39. in gloſſ. Ergò Papa poteſt eſſe hęreticus, vitę quippe flagitioſiſſimæ multi fuerunt, *Inde* D. 46. *c.* 2. *dicitur*: Non eſſe ſucceſſionem Petri apud beſtias iſtas.
Mortui non ſciunt, quæ à vivis hîc geruntur. C. 13. *q.* 2. *c.* 28. Qui divina.
Mortuorum inter vivos apparitio eſt ludibrium & merum phantaſma. C. 26. *q.* 5. *c.* 12. Epiſcopi.
Mulieris corpus, non vis maculat, ſed voluntas. C. 32. *q.* 5. *c.* 2. 6.

N.

Naturæ duæ in unâ divinâ hypoſtaſi ſunt. D. 15. *c.* 3. ſancta Romana. *c.* 2. ſicut ſancti. D. 16. *c.* 5. Sextam. *c.* 6. Habeo. *c.* 8. Sancta. *c.* 9. Sexta. *c.* 10. Prima.
Neceſſitas facit licitum, quod non eſt licitum in Lege, Nam & ſabbathum cuſtodiri præceptū eſt. Maccabæi tamē ſine culpâ ſuâ in ſabbatho pugnabant. Sic & hodiè, ſi quis jejunium fregerit ægrotus, reus voti non habetur. *Decret.* 5. *t.* 41. *c.* 4.

Digitized by Google

Nominis Catholici gloriatio fruſtranea eſt. C.2. *q.* 1.*c.*18. multi. *in fin.* Si nominatio ſola ſufficit, multi damnandi ſunt innocentes, quia ſæpè falsò in quoquam crimine nominantur.

Norma veritatis ſaluciferæ eſt unica, perfectiſſima, adæquata & pleniſſima Scriptura ſacra. *Vid.* Scriptura.

Nubere poſt votum non eſt adulterium. D.27.*c.* 2. Quidam. C.27.*q.*1.*c.*41. Nuptiarum.

Nuptias qui damnat, anathema ſit. D.31.*c.*18. ſi quis vituperat. *c.*9. quicunquè.

Nuptias & ſecunda matrimonia non damnabit Epiſcopus. D.23.*c.*2.

O.

Officium Chriſti triplex: Regium, Sacerdotale & Propheticum, *fuit* in opere mediatorio indiviſum. D.2. Conſecr.*c.*82. Leo ep.10.*c.*4.

Officium non imputatur impietate adminiſtrantis. D.19.*c.*7.

Orationes pro mortuis novum inventum eſt. C. 13.*q.*2.*c.*20.

Orationibus noſtris Martyres aliiq; ſancti non indigent. *Decret.* Greg. *l.*3.*t.*41.*c.*6.*§*. Tertiò.

Originale nonſolùm, ſed & actualia peccata in baptiſmo remittuntur. *Conſecr. D.*4.*c.*106. *Regenerante.*

Orbis major eſt urbe Romanâ D.93.*c.*24.

Ordinatio non eſt ſacramentum. C.1.*q.*1.*c.*73. & *c.*74. manus.

Ordinum Eccleſiaſticorum numerus olim non fuit ſeptenarius. D.60.*c.*4. Nullus. D.21.*c.*2. in Novo Teſtamento.

Ordo naturalis in hominibus eſt, ut ſerviant fœminæ viris, filii parentibus, quia nulla juſtitia eſt, ut major ſerviat minori. C.33.*q*.5.

P.

Papæ-Cæſariatus improbatur. *c.* Sixtus. V in Bulla contra Henr. III. Francor. Regem. D.96.*c*. 6. cum ad verum. D.10.*c*.8. quoniam.

Papa condit canones ſine ratione & contra jus Divinum. *Extr.* de imm. Eccl. *l*.3.*t*.49.*c*.6.

Papæ ſubſtantia eſt legere ſcripturas Divinas. D. 38.*c*.6. Omnes.

Papa ab Imperatore creari debet. D.63.*c*.21.23.

Papa in omnibus ab Imperatore argui poteſt. C. 2.*q*.7.*c*.41.

Papa non eſt judex controverſiarum. D.20.*c*.3. de quibus.

Papa diſpenſare nequit contra Evangelium. C. 25.*q*.1.*c*.6.8.

Papa errare poteſt in fide. D.40.*c*.6. ſi Papa.

Papa eſt ſubjectus Imperatori. C.2.*q*.7.*c*.41. ſi nos incompetenter.

Papa non eſt Monarcha Eccleſiæ. C.7.*q*.1.*c*.6. Novatianus. C.24.*q*.1.*c*.4. Audivimus. *c*.6. Quodcunquè. D.40.*c*.12. multi.

Paphnutius cœlibatum ſacerdotum diſſuadet. D.31.*c*.12. Nicæna Synodus.

Patriarchales ſedes pares fuerunt. D.95. *c*. Mos antiquus.

Patres ſunt ſcriptores antiquiores, & non recentiores. D.16.*c*.7. ubi in catalogo exhib.

Patrum ſcripta ſunt legenda cum judicio. D.9. *c*.10. Nequè quorumlibet.

Pa-

Patrum ſcripta in pluribus corrigenda, D. 9. *c.* 4. Negare non poſſum. *c.* 5. Ego ſolis.

Patrum errores reprehendi poſſunt. D. 9. *c.* 8. Quis neſciat.

Paulus & Petrus æquales fuerunt. C. 2. *q.* 7. *c.* 37. Beati.

Peccata dimiſſa in ultionē ulteriꝰ Divina Clementia redire nō patitur. C. 33. de pœnit. D. 14. *c.* 24.

Peccatum eſt grave, dies, menſes, & annos obſervare. C. 26. *q.* 7. *c.* 17. Quis æſtimaret.

Peccatum originale non ſolùm, ſed & actualia in baptiſmo remittuntur. *Conſecr. D.* 4. c. 106. Regenerante.

Peccatum Originale verè eſt peccatum. D. 1. *c.* 53. ſufficit. D. 2. *c.* 35. Quia. *c.* 71. iteratur D. 4. conſecr. *c.* 1. per baptiſmum. *c.* 3. Firmiſſimè. *c.* 8. Filius Dei. *c.* 141. Nemo. *c.* 153. Placuit. De pœnit. d. 1. *c.* 28. Homicidium *Conſ.* gloſſ. *ad* D. 1. *q.* 3. *p.* 11. 52. ſeq. edit. Vener. *Extr.* 5. *t.* 9. *c.* 2. Clem. 1. *t. c. un.* §. quibusdam. D. 3. de pœnit. *c.* 4. Si enim *c.* 5. Apoſtolus. *&* gloſſ. *ibid. c.* Quid ergò. *c.* 25. *c.* 34. ubi *copiosè* Gratianus. *c.* 37. Decret. 3. *t.* 41. *c.* cum Creatura. C. 15. *q* 8. *c.* 5. ſciſcitantibus.

Peregrinationes ad loca Sanctorum improbantur. C. 12. *q.* 7. *c.* 71.

Perſona una eſt in duabus Chriſti naturis. *Extr.* de Trin. *c.* Firmiter.

Petrus circumduxit uxorem. D. 31. *c.* 11.

Petrus in fide erravit, cogens Gentes Judaizare. *c.* 2. *q.* 7. *c.* 39.

Petrus fuit major reliquis Apoſtolis *tantùm* Ordine, *non* poteſtate. D. 21. *c.* 2. In N. T.

Pietatis ſcientia eſt noſſe legem, intelligere Prophetas, Evangelio credere, Apoſtolos non ignorare. D.37.*c.*10.Si quis.

Planetarii non conſulendi. C.26.*q.*2.*c.*8. Illos planetarios.

Pœnam cum culpâ ſolvit Chriſtus. D.4. Conſecr. *c.*8. Filius Dei.

Pœnitentia agenda eſt, dum homo adhuc ſanus eſt. D.7. de pœnit. *c.*2. ſi quis.

Pontifex Regia jura uſurpare non debet. D.96.*c.* 6. cum ad verum.

Pontifices malâ fide poſſident ditiones ab Imperio divulſas. D.63.*c.*29. cũ Hadrian⁹.*c.*30. & 33.

Præſcriptio contra R. Eccleſiam currit. *Decret.* 2.*t.*26.*c.*13.

Præſcriptio nulla valet abſquè bonâ fide, tam Canonica, quàm Civilis. *Decret.* 2.*t.*26.*c.* 20.

Presbyter conjugatus eſſe poteſt. D. 28. *c.* 14. ſi quis. Ejus nuptiæ ſunt honorabiles. D.31. *c.*12. Nicæna.

Presbyter olim idem qui Epiſcopus. D. 21. *c.* 1. Cleros & clericos. D.93. *c.* 24. Legimus. D.95. *c.*5. Olim idem.

Presbyter poteſt manus imponere (*ergò* B. Lutherus ſuos ordinare *potuit* presbyteros) D.69. *c.*1. Quoniam.

Primatus Papæ improbatur. D.99. *c.*3.4.5. D.41. *c.* 12. Quicunquè.

Primogenitus dicitur, qui primò naſcitur, etiamſi nullus ſequitur eum, cum mos Divinarum ſcripturarum ſit, ut primogenitum non vocent, quem fratres ſequuntur, ſed eum, qui primò natus eſt. *Decret.*5.*t.*40.*c.*5.

Digitized by Google

Privilegia ſingulorum non poſſunt facere legem communem. C.26.c.2. Non ſtatim.

